



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Veri & Pii Sacerdotis Idea Seu Vita R. D. Iacobi  
Merlo-Horstii, Pastoris B. Mariæ Virginis In Pascvlo  
Coloniæ, SS. Theol. Licent.**

**Crombach, Hermann**

**Coloniæ, 1645**

Caput 38. Funeris ratio ab ipso praescripta, & tabulis testamentarijs  
sancita.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14591**

tempus nondum adesse, nec se præsentis mortis adhuc indicia persentiscere. At circa sextam ardenter cum indulgentijs remissionem peccatorum flagitauit insig-  
gni de commissis elicito dolore: tum Cru- Exosculæ:  
cifixi vulnera dulcissimè dissuauiat, mil- tio Crucis:  
lies & millies aiebat: O dulcissime Iesu, lau-  
dabo te, Iesu miserere mei, Iesu, Maria: subin- Ultimi  
de sæpius salutifera nomina compellauit, affectus.  
excitato cœlestis patriæ desiderio: ad  
quam circa septimam vespertinam, cùm  
Sol occumberet, placidè nullo doloris e-  
dito signo dexterâ Crucem, leuâ Cereum  
ardentem complexus, ut speramus, euo-  
lauit; quo tempore cum Sole occumben- Mors:  
te moriturum medicus paulò antè de-  
nunciarat, quando præsentium quidam  
subintulit: ergo cum Sole Sol huius Ciui-  
tatis & Cleri occumbet? sicut de S Basilio  
medicus eiusdem asseuerarat.

## C A P V T XXXVIII.

Funeris ratio ab ipso præscripta, & tabulis te-  
stamentarijs sancta.

**F**uit Iacobus paratior ad mortem, <sup>Prepara-</sup>  
quod eam multis iam annis prouide- <sup>tio ad</sup>  
rit, <sup>mortem..</sup>

rit, ad eā necessaria præpararit: quid in ea  
& post eam fieri vellet, lōgē antē designa-

*Scriptio Epitaphij* rit, octēnio antē sibi scripserit Epitaphiū,

quo breuem viꝝ regulam cōpletebatur,  
id amicorum rogatu nomine Epitaphiū  
hominis Christiani publico donarat in pa-  
tenti folio: ruminabat s̄epiùs emendatis  
& additis nonnullis alijs.

*Tumba  
parata.*

A triennio tumbam curarat, quam  
lecto impositam quotidie contempla-  
tur, cui hoc distichon inscripserat:

*Cum capulum cernis, cur non mortalia spēnū?*

*Sepulcrū* Tali namque domo clauditur omnis homo.  
Sic & sepulchrum designarat, facta tali no-

*Testa-  
mentum.* minis incisione: *Iacobus Merlo Horstius Par-  
chus huius Ecclesiae obiit Anno .... Testamentū  
pridem scripserat, idem annuē ferē reuol-  
uebat, & vel cōfirmabat, vel mutabat, h̄e-  
redibus semper pauperib. nominatis, fu-  
neris etiam omnem rationē consignarat,  
& priuatā semper decreuerat, absq; pōpa  
vel sumptib. qui mortuo non prodestant,  
& pauperibus necessaria subsidia decerpe-  
rent, eiq; solos cum Sacerdote præsentes  
esse q̄o. pauperes iusserat, qui noctem ipsā  
delato in tēplū funere vacarent precibus,  
dicerent vigilias, animam Deo cōmenda-  
rent, id etiam ad mentem eius factitatum.*

Nam cùm 21. Aprilis die Iouis vitam <sup>dies mor-</sup>  
cum morte cōmutasset : die Veneris post <sup>tis.</sup>  
Solis occasum in templum delatus est, fu-  
nus stipantibus 40. studiosis cum Sacer-  
dote & ministris, die Sabbathi manè so- <sup>sepulture</sup>  
lenniter eidem Vniuersitas Coloniensis  
præsente Rectore Magnifico, Collegæ  
permulti Metropolitani, cum R<sup>m</sup> D. Suf-  
fraganeo ac Parochianis parentauit in e<sup>z</sup>e <sup>parenta-</sup>  
Parochiali funebri Sacro , cui adstantes, <sup>timis.</sup>  
multi dolorem suum lachrymis testaban-  
tur, dum corpus humo conderetur.

Reliquit sanè magnū sui apud summos  
infimosq; desideriū: quippe qui apud oēs  
vti doctissimus, ita vitā integerimus, &q;  
amātissimus, & honoris diuini propagādi  
cupidissimus habebatur. Vnde Principes  
Viri cognita Iacobi morte vehementer  
indoluerunt: quē varij pro diuersis Dicē-  
cibus ad officia maiora pro Dei gloria  
proximorumq; salute promouenda desti-  
narant& inuitarāt. Inter ceteros Ser<sup>m</sup>us &  
R<sup>m</sup>us Maximilian<sup>o</sup> Coadiutor, Dux Baua-  
rię &c. dolenter accepit mortem eius: nam  
operā ipsius vti in arduis rebus suo tēpore  
decreuerat. Ita quo vehemētiū ipse nomi-  
nis estimationē & Principū fauorē declina-  
bat, hoc fugientē magisyltrō sequebatur.